

www.e-rara.ch

Charistērion ad dn. Augustinum Dolscium Reichenbaccensem

Cherler, Paul

Basileae, 1590

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-8206>

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Th. Ar.
H III 54.

XAPIETH'PION
AD

DN. AVGVSTI=

NVM DOLSCIVM REI-
chenbaccensem:eruditione
& virtute ornatissimum vi-
rum:charissimum Popu-
larem:dulcissimum

Amicum:

*Cum illi summus in arte ME-
DICA titulus contri-
bueretur.*



Kirchenbibliothek
Basel.

B A S I L E Æ.

Ex Officina Leonardi Ostenij.

CLIO XC.





ΕΤΚΩΜΙΟΝ

MEDICINÆ: EX LIB. SYRACIDÆ:
*quem vulgò Ecclesiasticum vocant, cap. 38. Honora
 Medicum propter necessitatem: etenim illum creavit:
 Altissimus. A Deo enim omnis est medela:
 & à Rege accipiet donationem. &c.
 Pœtica & luculenta παρόρρασις huius dicti.*

PROGENIEM Diuûm, Medicos reuerêter habeto:
 Sic tibi subuenient, ut gemis æger opem.
 Scilicet æterno Medicina à Numine fluxit:
 Congrua quæ dubijs pharmaca rebus habet.
 Et DEVS è terra mirandas educat herbas:
 Omnia qui mirâ prouidus arte creat:
 E' quibus argutus medicamina docta Machæon
 Miscet: ut ægrotis consuluisse queat.
 Iure sacro Medicos magni coluêre Tyranni:
 Languidulo segnes ut iacûere thoro:
 Quos sanæ mentis, cerebriq; in vertice sani,
 Audaci nullus pectore spernit homo.
 Qui verò Medicos ridet, reprobâtq; fugitq;:
 Dignus is, ut pereat languidus ante diem.
 Ostendat donis animum, qui possidet æra:
 Qui non æra tenet pauper, AMABIT HOMO.

PROVERB. I. *Initium sapientie, timor Domini.*
 Αρχὴ τῆς σοφίας ἐστὶ φόβος.



GRATVLATIO
AD BONVM PIVMQVE VIRVM:
ERVDITIONE VIRTUTE QVE CON-
spicuum: Dn. AVGVSTINVM DOLSCIUM:
cū Apollinea ornaretur laurea, Anno DEI
in carne patefacti M. D. XC. III. NON.
IXBRIS: Athenis Helue-
tiorum.

I.

ΠΡΟΗΓΟΤ' ΜΕΝΑ ΑΐΤΙΑ: ΚΑΙ
προκαταγινώσκω.

ELEGIACVM.

AVGVSTINE tibi paucos me pangere versus,
Ceu mos Rauriacā tritus in urbe, iubes:
Rite quibus signem TEMPV' SQVE MODVM' QVE
LOCVMQVE:

*Quo tibi Paonia laurus in arte data est:
Obsequor, instar equi, per se qui currere promptus,
Si tamen extimules, promptius ire solet.
Instar ago lembi: prono qui labitur amne:
Sed citius, gracili remige pulsus, abit.
Instar ago teneræ: quæ nubere, virginis, optat:
Si tamen impellas, optat id illa magis.
Et licet hos tractem cælestia sacra per annos:
Omne quibus noster tempus Apollo terit:
(Namq̃, nouum studeo Fœdus vestire Latinis
Versibus: hoc noster puluere sudat equus.)
Annuo sponte tuis precibus tamen optime DOLSCI:
O inter socios stellaq̃, flosq̃, meos.*

A 2 Dili-

Diligo iure pio te mi charissime DOLSCIO:

Iure tibi versu gratulor ipse meo.

Vna etenim PATRIA est nobis: validissima cuius

Vis est: & solidi semen amoris habet:

Ex qua tot doctas nuper dilecta tulisti

Pignora litterulas, & bona verba, mihi.

Hinc mihi cum priscâ sint consuetudine noti

Auctores GENERIS, lumina clara, tui:

Ut pater: ut patruus: nec non avus: anne negabo

Officia hec votis qualiacumq; tuis?

Non ita: dilecto dilectus amicus amico

Debet enim fido semper amore coli.

Ergo tui dexter dextrum cape carmen amici

Dulcis Amice: tuus quo memoratur honos.

Id quoties cernes post multas serus aristas:

Incipies sortis commeminiſſe tua:

Et dices: nobis niueo qui talia scripsit

Pectore: Nestoreos vivat ad usq; dies.

Vivat: & innocuum traducat leniter ævum:

Cum longa serie, progeniaq; suâ.

II.

ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ: IN QVA (VT DN. DOLSCIO
visum est) tempus solennis PROMOTIONIS
accuratè annotatur.

HEXAMETRV M.

MILLE volubilibus transmissi lapsibus anni
Aurea transferant post incunabula CHRISTI:
Secula QVINA quibus debes attexere: LVSTRA
Nec non octodecim: numerus sic integer adstat.
Et tunc tempus erat, diues BASILEA quotannis
Quo se nundineis exercet questibus ultro.

Iamq;

Iamq³ suas AVTVMNVS opes effuderat: & iam
 Solibus, alma dies, breuior languentibus, ibat:
 Agricolaq³, hilares passim noua vina bibebant:
 Cornua sumentes, & carmina leta boantes.
 Quin etiam nudata suis iam frondibus ARBOR
 Stabat iners: BOREAS etenim decusserat illas
 Frigidus: & syluas verno spoliâat honore:
 Imbriferum sterili contristans frigore cælum.
 Migrabantq³ procul geniali è sede volucres:
 Quæ nostrum mutant calum pro moresûeto:
 Atq³, alio quarunt patriam sub sole iacentem:
 Vi sunt aëria, quondam mea cura, palumbes:
 Strymoniaq³ grues: syluestrisq³, anser: anasq³,
 Claudicat in partem, tergum qui pîctus, utramq³.
 Iamq³, nouas ex more niues spargebat Olympus:
 Et glacialis hyems necebat flumina passim.
 Manè sub Hesperias fugiunt dùm protinùs undas
 Immerse: nec nostra vident Athlantides ora.
 Pigraq³, stella Nepa spretis emergit ab undis:
 Corde venenato pigris spectanda Colonis:
 Vt Tu Phæbéa DOLSCI capis artis honores:
 Docta Machaonia florescens tempora lauro.
 OMEN inest lauro: nullo quæ tempore flaccet:
 Perpetuò floret: flaccescas tempore nullo,
 Tempore perpetuo florescas optime DOLSCI.

ῬΗΟΤΥΠΩΣΙΣ ET MODVS TOTIVS SO-
 lennis Promotionis, & publici
 Actus.

SAPPHICVM.

QVID sibi nam vult reuerenda PATRV³M?
 Quid cohors isthac iuuenum virescens?

A 3

Quos

Quos capax amplo videt aula circum

Agmine fufos?

Vt tuos DOLSCI videant honores:

Et SYNERGORVM pariter tuorum,

Confluunt: adfunt: inbiantq; veftris

Laudibus omnes.

Iam tibi DOLSCI, focysq; claris

PILEEVS cingent caput impeditum:

Iam tibi flauo digitum grauat.

ANNVLVS auro.

Et LIBER palmam, tibi confecratus,

Doctus implebit: monumenta veftra.

Laudis: atq; haufi nitidum laboris

Pignus, in euum.

Tota quin linguis PROCERVV corona:

Et Iuuentutis feries amica:

En fauet DOLSCI tibi: te tuosq;

Fert fuper aftra.

Sic via cœlum petitur beatâ:

Sic inter Mufereferant ad aftra:

Vt penetrandum labor antecedens

Pandit Olympum.

An fugis fânctos docilis labores

O puer? fânctos puerò labores

Fac ames: diues fequitur perenni

Fœnere merces.

Num fide lapsâ titubas? idipfum

Lucis exemplum probat huius: & res,

Quam vides: & qua toties priori

Tempore vifa eft.

ТОПО

IIII.

ΤΟΠΟΓΡΑΦΙΑ: CVM Ὀφνημισμῶ. DESCRI-
bitur paucis regia Basilea: & AVLA, in qua
solennes fiunt promotiones Baccalaureo-
rum, Magistrorum, Doctorum.

HEXAMETER: dimidio subne-
xo pentametro.

Est locus ad Rheni fauces: in valle reducta:
Quà latus Austex habet.
Rauriaci quandam tractum tenuère coloni:
Et coluère solum.
Nunc gens Helvetia non ultima, fortior armis,
Imperioq, tenet.
Hic Basilea potens alijs supereminet oris:
Firma, tenaxq, loco.
Vicinasq, videt sylvas: montesq, supinos:
Flumina, rura, vias:
Egregiasq, altis impostas montibus, arces:
Pars lacerata fuit.
Dadaleosq, hortos: & amictas gramine valles:
Vitiferosq, sinus.
Urbs, Basilea, nitens: sedes Ioue digna vel ipso:
Pieridumq, choro.
Viribus aucta, viris sapientibus aucta triumphat:
Te neq, Roma minor.
Tot portas, montesq, tenet: tot regia spectat
Atria: totq, domos.
Nec regale tenet sine causâ nomen: in omen
Nobile nomen abit.
Scinditur illa quidem media alti flumine Rheni,
Ad latus Eure tuum.
Sed pons contignans duplicem pulcherrimus urbem,
Fiat ut una, facit.

At supra pontem, tumido quàm murmure Rhenus
Voluitur, altus aquis:

Ad lapidis iactum, domus est in rupe supina:
Pronaq; spectat aquas.

Hic habitant Musæ: velut est Parnasia rupes,
Hec veneranda domus.

Hic Charites habitant: hic Phæbo dulce morari est:
Hic sua regna tenet.

Hic Augustini, Cicerones, atq; Platonēs
Sunt: & Aristoteles.

Hic sunt Hippocrates: exculitq; arte Galeni:
Bartholidumq; chorus.

Hic docti coeunt inuenes: librosq; fatigant:
Hic locus ingenijs.

Confertiq; audent in prælia, voce disertâ:
Doctaq; uerba fluunt.

Palmaq; doctiloquis, victurâq; laurus, Ephebis,
Dos preciosa, datur.

Hic etiam Dolsci, cum lux erit orta Nouembris
Tertia, dulce decus

Accipies: hilariq; agitabis gaudia mente:
Letaq; vota dabis.

Assuescesq; nomen Doctor de more vocari:
Vt data laurus erit.

Laurus Apollineis quæ germinat artibus ultrò:
Laurus amica Sophis:

Nobilitatq; Sophos: hinc usq; ad sidera notos:
Diuitijsq; replet.

Fiat ut id dextrè, patrio Regnator Olympi
Faxit amore, Deus.

Sic precor, atq; opto: sic ipse preceris & optes:
Nec feret aura preces.

Claude Thalia melos: satis est: iam vana quid ultrâ
Fundere verb a. i. bet?

V.

ΕΠΙΛΟΓΟΣ: CUI AMICA INTEXITVR
παρὰ τοῖς ad pergendum in semel initâ virtutis via:
 cum *ὁχμῶν*, &c. Intexitur etiâ parca & honorifica men-
 tio procerum Coll. Amplis. Medicorum Basilien-
 sium. IAMBICVM Trimetrum: subiuncto Iamb. di-
 metro. quale illud Horatianum est: Beatus ille
 qui procul negocijs: Vt prisca gens
 mortalium. &c.

IN fine, dulcis plurimum tibi, bono
 Nunc corde Dolsci gratulor:
 Quod deuoratos post labores plurimos,
 Nunc portui, applices scapham.
 Discedit exhaustus labor: sed inclytus
 Fructus LABORIS permanet.
 Radix ut est amara Musis: ex eâ
 Fructus scatet, sed dulcior.
 Sic itur ad Virtutis auream viam:
 Sic ad domos Apollinis:
 Constantiâ, laboribus, sudoribus
 Quos sancta vota temperant.
 Te prouocârunt hâc tua stirpis patres:
 Illustriora sidera:
 Vt sunt AVVS, PATER, tuusq; PATRVVS,
 Omnes VIRI clarissimi:
 Omnes viri doctissimi: quod Saxones
 Norunt sciunt Variscij:
 Quondam mei patroni, ut impubis puer
 Primâ iuuentâ florui.
 Iuuat meminisse: nec fauoris me illius
 Decebit obliuiscier.
 Et iure iam tibi refundo gratiam:
 O quàm velim, quàm maximam.

illos

Illos es emulatus hætenus bono,
 Laudabiliq; pectore.
 Nec res bonis felix caret successibus:
 Vt tempus hoc præsens probat.
 Sic PERGE: perge sic meorum mellæ
 O flos Sodalium: precor:
 Magnos ut emuleris ipsemet viros:
 Machaonasq; principes.
 Qualis fuit GALENVS: ille dædalus,
 Tot conditor voluminum.
 Vel Cœus ille: qualis aut Podalirius:
 Qualis potens Epidaurius.
 Quales videt nunc Rauracorum nobile
 Viros Lyceum plurimos.
 Vt est PLATERVS ille nobilissimus:
 PANTHALEON'QVE maximus.
 Canum caput: nobis verendum parvulis:
 Iam iamq; donandum rude.
 BAVHINVS est ut inclyta' indole' inclytus:
 Vt est STVPANVS candidus:
 Olim meus sodalis: & consors cibi:
 Mei q; particeps thori.
 Hos emulare: imo emulare PATRVVM
 Tuum: grauem Machaona:
 Cui maximos honores, & magnas opes
 Suggerit ars Apollinis.
 Illustre sic prius tuum GENVS satis
 Illuminabis amplius.
 Nosti stupenda tu NATVRÆ munera:
 Atq; illius mysteria:
 Flores, & herbas indagasti plurimas:
 Et multa nosti pharmaca.
 Quin fabricam' HVMANI tenes mirabilem,
 Ex parte magna, CORPORIS.

Vsumq;

Vsumq; membrorum, figuram, & ordinem,

Situm: (μικρόκοσμος vocant.)

Sed quid? nisi Machaonum per liberos

Campos eas hinc amplius?

Quare nihil remittens diligentia

Attexe primis ultima.

Laudandus est, quicunq; scitè & incipit:

Clanditq; pulchrè deniq;

Est turpe factum, turpiter concludere,

Bene inchoata qua prius.

Id ne tibi fiat, Popularis optime,

Cauebis optimâ fide.

QVIN vota votis impiger fac impigra

Admisceas plenâ fide:

Cotidieg; fac ut inuoces Deum:

Tuis ut adsit dotibus:

Vt fausta sint, quæ languide fidâ dabis

Manu cateruæ pharmaca.

Nam nil beatum, ni tuum factum polo

Beârit ipsemet Deus.

Dilecte DOLSCI, viue, germina, vale:

Et sis Amici fac memor,

Cuius modò tibi relinquit candidum

Hoc Musa pignus rustica.

DEVS paternos te reducat ad lares,

Intaminato tramite:

Vt patriæ prodesse possis: & tuis

Multum tibi adplaudentibus.

Vale, vale iam tertio: & me dilige:

Vt te vicissim diligo.

Tuæ salutis STUDIOSSIMVS popul.

M. PAVLVS CHERLERVS, Elsterburgensis:

Ecclesiæ Pincemienfis Minister: & reuerendæ

Synodo Rætelanæ ab epistolis & secretis.

F I N I S.

